CIRCARIA FRANCIAE

Circaria Franciae[1]) erat contigua omnibus aliis circariis gallicis, praeter Normanniam et Gasconiam. Se extendit super centrum septentionale regni, scilicet in dioceses Paris, Auxerre, Sens, Meaux, Soissons, Laon, Troyes, Châlons et Noyon. Canoniam Gué-de-l'Orme, etsi ante institutionem circariarum desiisset, huic tamen adscripsimus; sicuti Gérigny, quod licet ab anno 1219 fuerit prioratus Calvimontis (Circ. Floreffiae), antea tantum, tamquam asceterium Cuissiacense, ut domus formata haberi potuit. Circaria nostra, utut continens archicoenobium et duo alia monasteria „primaria" (Laon et Cuissy), considerari potuit tamquam „cor Ordinis", et ideo semper inserebatur in capite catalogorum. Abbatiae archicoenobio vicinae, praesertim Brana et Valles Christiana, Secreta et Serena, semper magnas partes egerunt in Ordine, et in regimine eius. Munus visitatorum generatim competuit Abbati Generali vel abbati Laudunensi. Saec. XVII, adnexa sunt huic circariae complura coenobia, ad Circariam Floreffiae usquedum spectantia, aliaque sunt segregata et Circ. Campaniae addicta, nomen eius vero mutatum est in „Circariam Praemonstrati". Congregatio Antiqui Rigoris, anno 1689, pariter sibi erexit „Circariam Franciae", quae designatio vero saec. XVIII mutata est in „Circ. Campaniae".

Quoad cetera, omnia quae hic sunt dicenda, invenies supra in capite „De Circariis Galliae in genere".

VISITATORES ET VICARII (ACG)

Abbas Cuissiac, 1498
Abb. Generalis 1499—1507
Abb. Laudunensis 1508
Abb. Generalis 1509—11
Abb. Laudunensis 1512
Abb. Generalis 1513—32
Abb. Laudunensis 1533
Idem 1619/22
Abbas Generalis 1657/67
Abbas de Valsery 1686—1713
Abbas de Clairefontaine 1713—24

[1]) Francia hic non habet sensum vocis moderni „France", sed indicat partem Galliae, „Ile de France" nuncupatam.

ELENCHUS

AUXERRE (B. M. V. et) Stus. Marianus

Sti. Mariani Autis-, Abtis-, Altissiodorensis; Sainct Marian-lez-Aucerre, -ceurre, çuerre, -seurre; Sainct Maryen les Aucerre. — Abbaye de la Dehors, -de la d'Hors, Nostre Dame de la Defors, -d'Hors, B. Maria extra muros. Sta. Maria Rotunda, N. Dame de la Ronde. — St. Marien d'Auxerre.

Civitas in Dép. Yonne, sedes episcopalis nunc suppressa, hodie dioc. Sens. —

Abbatia insignis. Extra civitatem, ultra fluvium Yonne fuerat perantiquum coenobium O. S. B. Tempore bellorum Normannorum, monachi translati sunt in civitatem apud Stum. Germanum. Saeculo XII, Itherius clericus ecclesiae cathedralis loci voluit restaurare antiquum monasterium: quod revera perfecit anno 1138. Wilhelmus comes Altissiodorensis, urgentibus Hugone episcopo loci et Itherio supradicto, obtinuit ab Hugone abbate Praemonstratensi religiosos et sorores ex ipso archicoenobio. Quod factum est, juxta traditionem, anno 1141, sed putamus hoc actum esse antea, propter moniales. Hugo episcopus dedit illis aliam ecclesiam, S. Maria Rotunda dictam (postea vero N. D. de la Dehors vulgo vocabatur) quo mox se contulit conventus, locatis monialibus apud ecclesiam Sti. Martini. Anno 1169 canonici eo sunt translati, remotis sororibus in locum Valprofonde, de quo vide infra suo loco. Ecclesia Stae. Mariae Rotundae (N. D. de la Ronde) factus est prioratus. Anno 1356, bello Anglorum premente, eo conventus revertit usque ad annum 1373, quo iterum se contulit in locum primum ultra flumen Yonne, ab Itherio erectum. Ibi mansit abbatia usque ad annum 1570, quo a Calvinistis funditus eversa est. Religiosi apud N. D. de la Dehors denuo se fixerunt, et quidem definitive.

Dependebant jure patronatus ecclesiae sequentes: Auxerre St. Martin-les-St. Marien, Bonnard, Chitry, Leugny, Moulins, Ovanne, Taigny, Vincelles, Vincelottes; prioratus de Montputois-sur-Ouanne, et capellae Auxerre N. D. de Lorette, Tureau-St. Denis, Le Bouchet, et hospitale Sti. Salvini et Vigilii in ipsa civitate. Status personalis: 1500: 12 can. residentes, 1570: 24 can., 1629: 4 can. et 2 novitii, 1768: 10 religiosi (4 residentes). Redditus annui: 4702 Libr. Anno 1540 fit commenda, separatio mensarum anno 1663. Saec. XVIII pertinuit ad Circariam Campaniae. Anno 1790 suppressum est, ecclesia mox in horreum profanata, anno 1799 destruitur. Loco eius nunc est domus iudicis (Palais de Justice), in loco canoniae anno 1570 deletae subsistit una alta columna cum capella adiacenti, nunc profanata. —

Archivalia: Arch. Dép. de l'Yonne, Auxerre, Sér. H. 1196/1298: 70 fasc., 26 reg., 3 cartularia saec. XIV, XVII, XVIII. (totaliter 2311 documenta) cf. Sér. Q — Ibidem Sér. B 75 (78 doc.) et 76 (111 doc.) — BN Paris: FL Nr. 17 724

(copia 19 diplomatum) — BArs Paris MS 1009, fol. 368 — BMun. d'Auxerre: Catalogus MSS et librorum Sti. Mariani anno 1791 (MS 260. 221) — BMun Nancy 992 XI 129, 175 — ACG Laon fol. 671.

Fontes et Litteratura: LAIRUELZ 384 — LEPAIGE 477 (Vita B. Rainerii primi abbatis), 526/27 — HUGO II 223, prob. 144/49 — IDEM SAM *Ep. Gerv.* 67, 68, 126 — WAEFELGHEM 237 — BEAUNIER BESSE VI 91, 97 — BOUTARIC 1748 — BREQUIGNY LXXXIX — *Cat. Fact.* I 83, V 167 — *CatMSSBDép* VI 20 — CHEVALIER 2728 — COTTINEAU 218/19 — COULON nr. 1258, 1318/20 — DARAS ANF 42 — DELISLE *Rouleaux* 393 — DHGE V 952 — DOUET D'ARCQ, ISAN 8142, 8510, 8511 — FISQUET, *Sens et Auxerre* 463/64 — *Form. Pr.* 112, 121, 128 — *Gall. Chr. vet.* IV 606, N XII 358, 470/80 — GOOVAERTS I 9, 243, 268, 568, 591, II 98/101, III 9, 108 IV 216, 277, 305 — HLF XVII 110, XXXII 503, 535, 618 — ISAD Yonne H III 273/302 — IDEM G (Aux. 1873) 64, 311 — JAFFE 8293, 8847 — LAUER I 13 — LECESTRE 45 — *Lettr. com. Jean XXII* cf. ind. — LONGNON *Pouillés* IV cf. ind. — LUCHAIRE *Louis VII* 254, 488, 490, 507 — MARTENE/DURAND *Voy. Litt. I* 57 — MIGNE PL t. 88, c. 1193; t. 179, c. 627; t. 180, c. 1099 — MONCEAUX 118, 122, 152, 718 — POTTHAST 17 715 — QUANTIN CGY cf. ind. — IDEM, *Rec.* 436 — *Rec. Actes du Clergé* IV 1258 — *Reg. Martin IV* 185 — STEIN 290/92 — *Suppl. Urbain V* (AVB) cf. ind. — WIEDERHOLD V nr. 19, 25, 33, 73 — CHALLE, *Auxerre il y a cent ans (Annu. de l'Yonne* 1856 pp. 117/42. Cf. ibid. XIII 153/60) — LEBEUF, *Histoire de la prise d'Auxerre par les Huguenots,* Auxerre 1719 — IDEM, *Mémoires concernant l'histoire ecclésiastique et civile d'Auxerre* (ed. CHALLE/QUANTIN Auxerre 1855) II 2, 490, pr. 36 — F. MOLARD, *Deux catalogues inédits de Lebeuf. Catalogue des MSS de St. Marien d'Auxerre (Annu, Yonne* LVIII, 1894, 347/50) — IDEM, *Catalogue de châsses et de reliquiaires conservés dans les églises d'Auxerre en 1725,* ibidem 352/67 — M. QUANTIN,*Histoire anecdotique des rues d'Auxerre,* Auxerre 1870, pp. 322/24 — IDEM, in *Annu. Yonne* XIII, 1849, 153/62 (Inventar. Archiv.) — *Notice sur N. D. de la D'Hors,* in *La Semaine Religieuse de Sens et dAuxerre* 1865, 11/18 — *Roberti canonici Sti. Mariani Autissiodorensis Chronicon* (BMun Auxerre MS 132) edd. N. CAMUZAT (Troyes 1608), MGH SS XXVI (1882) 219/87. De Roberto, celebri chronista s. XIII, cf. GOOVAERTS II 98, LIENHARDT, *Spir. Lit.* 510/12, et M. QUANTIN in *BSScYonne* XXXVII (1883) pp. 159/68. —

Series abbatum (Gall. Chr., emendata secundum Alm. Roy. et ISAD)

Rainerus 1139/46
Bertholdus † 1147
Osbertus 1147—55 res.
Milo de Trainel 1156—1202
Bernoaldus 1204—07
Norbertus 1207—22
Rainerius 1222—23
Hugo 1239

Gulielmus 1246/47
Stephanus 1251/57
antea abb. Sti. Pauli in Sens
Guerricus 1260—69
postea abbas Praemonstr.
Joannes 1278/87, †1290
Henricus 1291/1301
Martinus 1302
Henricus 1305
Hervaeus 1311
Martinus 1320
Franciscus 1322
Joannes 1344
Stephanus 1358/62, res.[2])
dein abb. Parcensis
Joannes de Geldonia 1362/80[3])
Joannes Culdargent † 1402
Richardus Colas 1402—19
Petrus Aurard 1419—56
Joannes Veraudat 1457—79
Joannes Bourgeois 1479—96/97
Nicolaus Joannis 1496/57—1540
Arnulphus Gontier 1540—42 res.
Petrus Fournier 1552—61
Antonius Davechon 1561—
Michael de Clugny 1564—67
Franciscus Guerry 1571/79 res.
Joannes Lourdereaux I 1579—83 res.
Joannes Lourdereaux II 1583—98
Edmundus Martin 1598—1627
Claudius Gaultier 1627—28 res.
Nicolaus Jannin de Castille 1628—39
Henricus Jannin de Castille 1639—70
Henricus de Barail 1671—1719
Nicolaus Jos. Racine 1719—35
Hieron. Lefebvre de Laubrière 1735—46
N. du Breil de Pontbriand 1746—71
Joannes Renatus Clemenceau 1771—90

Inseri nequeunt (Ob. Praem. 1)

Gaufridus † 25. XI
Michael † 2. XI
Reinaldus † 19. X

AVIGNY B. M. V.

Ave-, Aviniacum, Avinium, Avinneium, Avigneium.
Locus nunc desertus in territorio de Hallignicourt, (Aliniaca Curtis, Haute-Marne) Dioc. Chalons.

Videtur constare, exstitisse abbatiam Ordinis nostri „in Aviniaco", ad quam spectat „Stephanus abbas Aviniensis", occurrens die prima Julii in Ob. Praem. I. Memoratur anno 1154 donatio Gulielmi de Dampierre facta „abbatiae Stae. Mariae de Avignei"[4]). Occurrunt anno 1170 „Eustachius abbas de Avinneio, et Petrus canonicus loci eiusdem"[5]), anno 1187

[2]) *Reg. Clém.* IV nr. 110.
[3]) Ibid. nr. 124. Joannes de Geldonia antea fuit canonicus in Heylissem.
[4]) Arch. Dép. Marne, Invent. Arch. Moncetz (1752) p. 359.
[5]) Arch. Dép. Marne 22 H, liasse 72.

„Gerardus abbas de Bitinecurt et de Avinneio"[6]). An. 1188 verbum fit de „censo ... quam solvere debent quotannis ... fratribus de Avigneio, a quibus mediam partem ... sub eodem recepit, quin etiam ... censum quem fratres Avegniorum singulis annis solvere solebant monachis de Hozecourt[7]). Charta quaedam episcopi Trecensis anni 1285 citat „monasterium de Moncellis, quondam de Avigneio"[8]). Quae omnia, sicut et ea quae dicemus hic infra, videntur innuere, monasterium duplex extitisse in Avigny, fundatum circa annos 1140/45, quod in decursu saeculi XII paulatim translatum est in Bertignicourt-Moncetz, ita ut in utroque loco, sub uno quidem abbate, anno 1187 degerint canonici, sorores autem in Avigny tantum. Charta anni 1154, de qua loquimur, desideratur, et mirum est, archivistam Moncellensem saeculo XVIII in inventarium suum inscripsisse sequentia in explicationem: „Deest, quia nullo modo concernit abbatiam Moncellensem". Alia charta, enarrans Gulielmum supradictum, una cum uxore Helvide, construxisse „ecclesiam de Aviniaco", nec loquitur de abbatia, nec de religiosis vel de sororibus[9]). Annales Hugo dicunt in fundatione canoniae Moncellensis, primum illius abbatem construxisse asceterium in vicinitate, scilicet in Aviniaco, idque post annum 1142. In bulla Eugenii III anno 1147, secundum eundem auctorem, memoratur „Aviniacum, in quo degunt sorores[10]). Quae omnia videntur non posse contradicere hypothesi nostrae, supra expositae.

Aliam hypothesim liceat nobis statuere: fundatae sunt ambae abbatiae, Aviniacum et Bertignicourt-Moncetz, independenter ab invicem, et quidem ambae forte tamquam monasteria duplicia. Dein Aviniacum non progrediens, elanguit, et cum omnibus bonis suis paulatim unitum est Moncello, quod sorores suas ibi collocavit[11]).

Quidquid est, de sorte et fine asceterii et abbatiae Aviniacensis ceteroquin nihil scimus. Supersunt quaedam residua constructionum[12]).

Archivalia vide supra, et infra apud Moncetz.

Litteratura: HUGO I 231 — *Gall. Chr.* IX 907, ex quibus sunt compilata omnia quae habent WAEFELGHEM, COTTINEAU et CHEVALIER.

---

[6]) Ibidem. Ex quo patet, loca Bertignicourt et Avigny non esse eadem.
[7]) HUGO II prob. 194.
[8]) Arch. Dép. Marne, Moncetz l. c. (cf. LONGNON, *Dict. Top. Marne* 161).
[9]) Copia in Archivo dicto, Moncetz Cart. Y, VII, 259. Data est haec charta anno 1154, dum HUGO, qui I 231 eam pariter reproducit, praebet an. 1174.
[10]) HUGO l. c., et II pr. 194: „locum de Avigneio, quo claustrum sororum aedificatum est".
[11]) Magna difficultas manet, quod anno 1147 „degerunt sorores" (scil. Moncellenses) in Aviniaco", dum anno 1154, et adhuc postea, erat ibi abbatia! Unum ex documentis allatis aut debet esse spurium, aut datatio eius est erronea.
[12]) JOLIBOIS (v. apud Chapelle-aux-Planches) p. 245.

BASSE-FONTAINE B. M. V. et Sti. Joannis Baptistae

Bassus Fons, Imus Fons, Bassa Funtana, Basse Fontenne, Batisfontis, Imi Fontis, Basses Fontaines, Fons Inferior, Bassacum, Monast. Bassifontanum.

In ripa dextra fluvii Aube, com. Brienne-la-Vieille, Dioc. Troyes, Dép. Aube.

Abbatia, fundata anno 1143 ab Agnete de Baudement, comitissa de Brienne, et filia eius Aleide[13]). Filia de Beaulieu, initio monasterium duplex[14]). Ecclesiam incorporatam habebat unam tantum: Précy N. D. Ab anno 1538 commenda. Abbates commendatarii anno 1602 sunt mitrati. Mensa abbatialis an. 1697:2000; 1729:2286 Libr., conventualis an. 1697:1300; 1729:2069 Librarum. Status personalis: 1697 3 vel 4 religiosi, 1768:4, quorum tres residebant. A saec. XVII Circ. Campaniae. Anno 1773 suppressa est canonia, mensa conventualis unita est abbatiae Belliloci vicinae, abbatialem autem reservavit sibi ultimus commendatarius usque ad annum 1790. Aedes dein sunt destructae, altare maius venit in ecclesiam Petit-Mesnil, porta gothica ecclesiae abbatialis translata est in Brienne-la-Vieille, et apposita ecclesiae parochiali ibidem. Bassefontaine nunc est praedium, superest ibi pars claustri romanici cum pulchris capitellis.

Archivalia: Arch. Dép. de l'Aube, Troyes; 1 H 1/41. Cartularium (1538) cf. Sér. Q — BN Paris MS 139 p. 119 Coll. Moreau — Ibid. Arch. N. Fonds de Brienne: Copiae Cartularii ut supra, chartae et documenta multa (cf. PIETRESSON 1442/79) — BMun. Laon MS 538 I, fol. 191/94 — BMun Nancy 992 III 10/24.

Fontes et Litteratura: HUGO I 237, prob. 149/51 — WAEFELGHEM 20 — ARBOIS DE JUBAINVILLE *Pouillé* 279 — IDEM, *Rep. Arch.* 41 — BEAUNIER/BESSE VI 144 — CAMUZAT fol. 362b/366b — *Cat. Fact.* III 180b, 290, 373b — CHEVALIER 317 — COURTALON/DELAISTRE III 397/99 — COTTINEAU 274 — DARAS ANF 42 — DESGUERROIS fol. 284b, 301b — DHGE VI 1265 — *Gall. Chr. vet.* IV 133/34, *nov.* XII 618/21 — JAFFE 9250, 16 189 — LALORE edidit Cartularium III 1/173, cf. v/XXXII — LECESTRE 45 — *Lettr. com. Jean XXII* 28 594, 63 866 — LONGNON Pouillés IV 233, 288, 318 — MARTENE/DURAND *Voy. Litt.* I 95/96 — MIRAEUS 217 — PREVOST *DTroyes* cf. ind. — IDEM, RBC 217 — RAMACKERS *Urk.*

---

[13]) Gallia Chr. l. c. dicit fundatorem esse Walterum II comitem de Brienne, qui fuit maritus dictae Aleydis, quod secundum ROSEROT 133 minus accurate dicitur. Ob. Praem. I die 31a martii dicuntur fundatores abbatiarum Bassefontaine et Moncetz: „Andreas de Baudement et uxor eius Agnes". Cf ibidem l. IV.

[14]) Quod tacetur quidem ab HUGO et Gall. Chr., sed patet ex LALORE III ix/x, 7, 19.

Nancy 130 — *Reg. Benoit XII* 4646 — *Reg. Martin IV* 516/17 — *Rev. Mab.* XII 69 — ROSEROT I 133/34 — STEIN nr. 355/56 — A. F. ARNAUD, *Voyage archéologique et pittoresque dans le département de l'Aube et dans l'ancien diocèse de Troyes*, Troyes 1837, pp. 59/63 — T. BOUTIOT/E. SOCARD, *Dict. Top. Aube* 13/14, 128 — L. LE CLERT, *Quelques seigneuries del'ancien comté de Brienne*, MSAc Aube LXIX (1905) 37/48 — IDEM, *Musée de Troyes. Archéologie Monumentale. Catalogue.* (Troyes 1890) pp. 75/76 — L. MOREL/PAYEN, *Troyes et l'Aube*, Troyes 1929, p. 256 — P. PIETRESSON de ST. AUBIN/G. DUHEM, *Archives dép. de l'Aube. Répertoire numérique de la Série H.* (Troyes 1933) pp. 1/3 — A. ROSEROT, *Les abbayes du Dép. de l'Aube*, BCTH 1887, pp. 290/91, 296/305 — A. VALLET de VIRIVILLE, *Les Archives historiques du dép. de l'Aube et de l'ancien diocèse de Troyes*, Troyes/Paris 1841, p. 138.

Series abbatum (ROSEROT)

Anscharius 1145—48
Balduinus 1148/58
Joannes 1161/66
Witerius 1174/75
Rainaldus 1186/88
Odo 1188/92
Rainaldus 1200
Godefridus 1215/17
Gulielmus 1232/35
Nicolaus de Longueville 1240
Radulphus 1241/43
Fulco 1245
Radulphus 1250
Eustachius 1252/55
Guido ca. 1260/80[15])
Gulielmus 1281/82
Joannes 1289
Gulielmus 1295
Joannes de St. Léger 1298/99
Guido 1317
Joannes 1348
Joannes de Sommièvre 1372/91[16])
Nicolaus de Der O. S. B.
Joannes de Buxières 1404
Jacobus de Champagny ante 1426
Nicolaus 1438
Alanus de Maronnier 1460/73
simul abbas Belliloci
Simon Lallemant ante 1483
Petrus du Plessis ante 1483
Laurentius Bachelier 1488/1503
Claudius Thuillier 1514/18
Odardus Hennequin 1526
Joannes Hennequin I 1529
Petrus Vincent 1531/38
Joannes Hennequin II 1545
Sebastianus de l'Aubespine 1549/64
Gulielmus de Taix 1° 1574/81
Elion d'Amoncourt 1587
Gulielmus de Taix 2° 1592/95
Joannes de Chalon 1603, †1616

[15]) Ob. Praem. I 8. I.
[16]) PIETRESSON/de ST. AUBIN II 37.

Gilbertus de Choiseul 1627/43
Franciscus Malet de Graville 1653/73
Florentinus de Hamon de Lannivoir †1687
Dionysius Franc Bouthillier de Chavigny 1687—1716 res.
Jacobus Langlois 1716—20
Nicolaus Lefebvre des Chevaliers 1720/28
Nicolaus Dupois (de Cicéri) 1733—59
Stephanus Carolus de Loménie de Brienne 1759—90
v. apud Mont-St. Martin

Inseri nequeunt (Roserot)
Elias † 8. I
Andreas † 17. V
Michael † 13. II

BEAULIEU B. M. V.

Bellus Locus, Nostre Dame de Beau Lieu, Biaullieu, Bialeu, Biauleue, Biau Leu, Bel Lieu.

Com. de Trannes, cant. de Vendeuvre, ad fluvium Aube, Dioc. Troyes, Dép. de l'Aube. Extiterunt 47 monasteria huius nominis, cum quibus vitetur confusio. 43 fuerunt sita in Gallia. (cf. COTTINEAU 294/303.) In nostro Ordine, una tantum canonia alio nomine appellabatur Beaulieu: Bayham in Anglia.

Abbatia. Duo sacerdotes, Osbertus et Alardus, obtinuerunt anno 1112 a Philippo episcopo Trecensi ecclesiam Sti. Marci in Beruilla (Le Breuil), ubi instituerunt canoniam O. S. A. Dotatio facta est a comitibus de Brienne et ab episcopis de Troyes. Versus annum 1140, interveniente Sto. Bernardo, canonia amplexa est normam Praemonstratensium sub paternitate ipsius archicoenobii. Paulo post (1159?) translata est in parochiam Trannes, et dein probabiliter adoptavit nomen „Bellus Locus".

Le Breuil facta est grangia. De monialibus authentice nihil constat, sed Bellum Locum initio fuisse monasterium duplex, patet ex facto, quod filiae eius Bassefontaine et Chapelle-aux-Planches habuerunt moniales. Forte translatio ex Breuil in Bellum Locum peracta est ad separandos fratres a sororibus. Praeter canonias supradictas, etiam Chartreuve fuit sub paternitate Belliloci, a quo tamen probabiliter non est egressa. Canonia, quae iam saeculo XII facta est locuples, habuit duas ecclesias incorporatas: Blignicourt 1150 et Jaucourt 1188. Abbas exercebat justitiam integram in dominio suo. Opulentia sua non obstante, paucos habuit abbates commendatarios. Reditus ambarum mensarum: 1697 5000 Libr., 1728: 5 800, 1773: 8859 Librarum (adiunctis illo anno reditibus mensae conventualis Bassifontis, tunc suppressi). Abbates ab anno 1602 fuerunt mitrati. A saec. XVII pertinuit ad. Circ. Campaniae. Status

personalis: 1544: 8, 1583: 5, 1686: 6, 1728: 7, 1766: 10 can. cum abbate, quorum 3 ad extra. 1785: 3 cum abbate. Anno 1790 suppressum est monasterium. Subsistunt duae alae, nunc versae in castellum, erectae sub abbate Nicolao Aubert 1662/85.

Archivalia: Arch. Dép. de l'Aube, Troyes: 93 numeri (2 H 41/93), inter quos parvum cartularium anni 1547, et delineatio monasterii an. 1706 (2 H 1) Cf. Sér. Q — BN Paris Coll. Duchesne vol. LXXVI pp. 75/82 extracta cartularii et obituarii, publ. LALORE — BMun. Laon MS 538 I fol. 195/202, 207/16 — (cf. *Rép. Numér Aube* Sér. H 1933,pp. 3/5) — BMun Nancy 992 XI, 281/314.

Fontes et Litteratura: HUGO I 303, prob. 253/57 — IDEM SAM *Ep. Gerv.* 96 — WAEFELGHEM 21 — ARBOIS de JUBAINVILLE *Pouillé* 279 — IDEM, Rép. 56 — BEAUNIER BESSE VI 145 — BOUTIOT/SOCARD *Dict. top. Aube* 15 — CAMUZAT Pr. 367/69, Auct. 33b — CHEVALIER 337 — COTTINEAU 302 — COURTALON/DELAISTRE III 434 — DARAS ANF 43 — DES GUERROIS f. 284 sq., cf. ind. — DHGE VII 177 — *Form. Pr.* nr. 83 — *Gall.Chr. vet.* IV 155/56, *N* XII 614/18 — GOOVAERTS IV 191 — JAFFE 7448, 9049, 12 059, 12 456, — JOANNE 225 — LALORE IV xxxix/xliij, 272/97 — *Lettr. com. Jean XXII* 18 048, 30 085 — LECESTRE 45 — LONGNON *DocChBr* cf. ind. 588 — IDEM, *Pouillés* IV 288, 318 — MIGNE PL t. 179, c. 75; t. 180 , c. 1215 — MOLINIER nr. 444 — MOREL/PAYEN (v. Bassefontaine) 274 — PREVOST *DTroyes* cf. ind. — IDEM RBC 74, 82, 83, 98, 169, 173, 214 — RAMACKERS *Urk. Nancy* 131, 144 — RHGF XV 917 — *Reg. Benoit* XII 3317 — *Rev. Mab.* XII 69 — ROSEROT I 142/44 — IDEM, *Abbayes de l'Aube* (v. Bassefontaine) 291/94 — STEIN 382 — ARBOIS de JUBAINVILLE, *Les Archives du Dép. de l'Aube, Bibl. EcCh.* XXIV (1863) 461 — A. CHAUVET, *Actes religieux de Juvanzé, (Rev. Champ. Brie* X 1898, 656/57) — E. GEORGES, *Quelques comtes de Brienne et l'abbaye de Beaulieu*, Troyes 1879, et in: *Annu. admin, stat. et commerc. de l'Aube* LIV (1880) pp. 3/22 — IDEM, in *Rev. Champ. Brie*, Ie sér. 1879 414/18 (falsa paginatio, recte: 314/18).

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. ROSEROT)

Odo 1128/38, † 1146?
Radulphus 1145/54
Joannes de Brienne 1156/82[17])
Stephanus 1185
Nicolaus 1188
Joannes (de Brienne 2°?) 1188/90

[17]) Abbas iste anno 1171 electus est abbas Generalis, sed a Summo Pontifice mox depositus, revertitur in Bellum Locum, ubi reeligitur abbas. Secundum ROSEROT gubernavit ad annum usque 1192, secundum HUGO usque 1182 tantum, secuti sunt eum Stephanus et Nicolaus, quos nescit ROSEROT. PREVOST *(Recueil des Chartes et Bulles de Clairvaux, Rev. Mab.* 1925, nr. 282, 283) asserit et probat Joannem de Brienne esse eundem ac Joannem II, quem HUGO affert pro an. 1183, et ideo eum fuisse reelectum tertia vice.

Radulphus 1° 1195/90
Hugo 1196/97
Radulphus 2° 1197/98
Guido 1202
Joannes 1202/03
Robertus 1205
Girardus 1205, 1214
Garnerius 1213
Gulielmus 1216
Reginaldus 1217
Guido 1221/23
Gulielmus 1226
Guido 1227
Petrus † 1230
Guido 1236/39
Thomas 1241
Nicolaus 1242/43
Joannes 1250/65
Petrus 1274/81
Gerardus 1286
Guido 1291/94
Joannes de Vendeuvre 1297/1324
Radulphus? 1299?[18])
Guido? 1303/10?[18])
Nicolaus 1374/91[19])
Petrus de Cambrai ca. 1393[20])
Joannes de Joncreuil
et Gilbertus:
(inter an. 1395 et 1426)
Petrus 1442
Alanus Le Maronier 1464
simul abbas in Bassefontaine
Jacobus Perrin 1469
Ferry de la Ruelle 1474
Nicolaus de Joncreuil 1477
Petrus Rousseau 1492
Philippus Marchant 1496/1514
Joannes Huchier 1514—27
Desiderius Silvestre 1528—57
Antonius Caracciolo 1557—60
Petrus Senneton 1562
Petrus de Fénélon 1578
Joannes Gobinet 1580/91
Sebastianus Senneton 1591—1600
res.
Carolus de Bordeaux 1601—22
res.
Petrus Lebrun 1622—50 res.
Franciscus Lebrun 1650—61
Nicolaus Aubert 1662—85
Antonius Hardy 1685—86
Henricus du Cauroy 1686—1701
Joan. Christoph. Mathon
1701—30[21])
Carolus Leblanc 1730—76
Louis du Val de Thaas 1777—85
Carolus F. Ph. de Vallefrey
1786—90

[18]) Probabilius hi abbates spectant ad abbatiam Beaulieu O. Cist. (Haute Marne).
[19]) ISAD Aube, Sér. G, II 37.
[20]) *Form. Pr.* 84.
[21]) Sec. HUGO. ROSEROT habet data sequentia: de Cauroy †1702, Mathon 1703—24, Carolus Le Blanc de Maisons d'Avigny 1727—76. Abbati Hugo contemporaneo, qui istos abbates ad faciem novit, hic videtur esse standum.

BONNEUIL

Bonolium, Bonneil.

Prope Ham, Dép. de la Somme, arr. de Péronne — Dioc. Noyon, nunc Amiens[22]) (Fontenelles: com. de Wissignicourt, cant. Anizy-le-Chateau. Rosières: prope Fresnes, non longe a Coucy).

Sorores archicoenobii, primitus ibi fixae apud xenodochium juxta capellam SS. Gervasii et Protasii, anno 1141 translatae sunt in Fontenelles, ubi Agnes de Baudement illis novam domum exstruxit. Sed Hugo abbas paulo post eas inde abstulit in Rosières, postremo, ante annum 1148, in Bonneuil, quod praedium iam ante annum 1124 donatum fuerat ab Alardo de Ham. Anno 1240 ab abbate Praemonstratensi novas recepit constitutiones, numerum sororum restringentes ad 20. Abolitio parthenonum, quae anno 1270 reliqua asceteria Galliae lethaliter est plexa, huic domui pepercit. Obituarium Praemonstratense permultas sorores Bonolienses adducit, immo saeculo XV. Quandonam desiit, erui nequit. Versum est in prioratum canonicorum, de quo scribit Lairuelz anno 1616: „extat quidem, sed paucos habet religiosos".

Archivalia: Arch. Dép. de l'Oise, Beauvais, Sér. H 5987—6025 (Donationes et acta saec. XII/XIII) — BMunNancy 992 IV 274/75.

Litteratura: LAIRUELZ 384 — HUGO I 389, prob. 318/21 — WAEFELGHEM 41 — COTTINEAU 427, 2537 — *Gall. Chr.* IX 502 — POTTHAST 12 786.

BRAINE (B. M. V. et) Stus. Evodius

Brana, Brena, Brenna, Breina, Branium, Braisne, Brainne, Brenne, Brayne; St. Yved de B.

Prope Soissons versus orientem. Dép. Aisne, Dioc. Soissons.

Abbatia praeclara. Fundata est anno 1130 ab Andrea de Baudement cum uxore sua Agnete, auxiliante Joscelino episcopo Suessionensi, juxta capellam, ubi a saeculis collegium clericorum custodierat reliquias Sti. Evodii episcopi. Filia Praemonstrati. Moniales mox translatae sunt in Bruyères, de quo vide infra. Ecclesia abbatialis, quae erat thesauris et thecis reliquiarum ditissima, erat sepultura comitum de Dreux. Habuit canonia prioratus in Fermincourt (N. D. des Pézéris 1279/82) et Bou-

[22]) Catalogi inter annos 1270 et 90 redacti (SULV), unum tantum parthenonem adducunt in Gallia, videlicet Bonolium, quod vero erronee collocant in dioecesim Meldensem (Meaux), satis distantem.

quy, ecclesias incorporatas in Cerseuil et in Augy. Abbates, qui exercebant paternitatem in canoniam Moncetz, anno 1501 infulantur. Commenda 1540, anno sequenti fit separatio mensarum. Reditus mensae abbatialis an. 1789: 7500, conventualis 12091 Librarum. Plures scriptores habuit canonia medio aevo, bibliotheca eius erat dives et speciosa. A saeculo XVII pertinuit ad Circariam Prémontré. Post introductionem commendae, numerus religiosorum de 30 ad 20 est minutus. Status personalis 1579: 9; 1717: 9; 1766: 20 professi, quorum 9 residentes, et 2 novitii. Anno 1790 suppressa est canonia, vastae aedes monasterii annis 1803/13 sunt rasae, perpulchra ecclesia (saec. XIII, venustis sculpturis ditissima) profanata est primo in horreum, dein cecidit in ruinas. Anno 1837, mutilata quidem, est restaurata et cultui reddita.

Archivalia: Arch. Dép. de l'Aisne, Laon: B 3679, E 130, 133, 153, Suppl. V et VI cf. ind., H 214, 477, 985/1033 (33fasc. et 1 reg. total. 1941 documenta) Q 813 — Arch. Dép. de l'Oise, Beauvais: H 6077/85 (an. 1484/1772) cf. Sér. Q — BN Paris Coll. Fleury cf. BOUCHOT nr. 2369/2417 — BN Paris Obituarium. Coll. Clairambault 561 pp. 405/16, ibid. 5479 L pp. 57/110. Coll. de Picardie t. 4 293, 296 — Arch. N. Paris: Cartularium saec. XIII Col. 538 LL 1538. Ibidem Chartae 1158/1708 — BMun Nancy 992 IV 303/60 — BMun Soissons, MSS 7 et 246; ibid. Coll. Périn I 69, 710, II 4355, III 986, 988, 990, 994, 10001, 1002, 1007/08, 1011, 1014, 1017, 1031, 1034, 1038/41, 1045, 1047 — Arch. S. Ar. Soissons MS nr. 4, 6, 15, 22, 27 (cf. Inv. Soc. Arch. Soiss. p. 432) — ACG Laon fol. 638/42.

Fontes et Litteratura: LEPAIGE 480 — HUGO I 393, prob. 321/26 — IDEM *SAM Ep. Gerv.* 127 — WAEFELGHEM 42 — BEAUVILLE 13 — M. BRUCHET, *Rép. Numér. des Arch. Dép. du Nord*, Sér. B (1921) p. 29 — CARLIER piec. just. cf. ind. III xx, 19, 67 — Cat. Fact. I 284, III 275b — *CatMSS BDép* XVII, XXIV, XXXIX 2e p. — CHEVALIER 480 — COCHERIS I 331/36 — COTTINEAU 475 — DARAS ANF 48 — DELISLE *CAPhilAug* 159 — DHGE IX 376 — DUCHESNE 347, 364, 445 — FLEURY IV 17/33, 83/88, 107, 119, 124 — *Form. Pr.* nr. 5, 10 — *Gall. Chr. vet.* IV 193/96, *N* IX 488/93 — GOOVAERTS I 28, 38, 109, 336, 417, II 19, III 29, 77/80, IV 109, 152 — HLF XXI 704/05 — JAFFE 9033, 9880, 9973, 11947/49, 12239, 12639, 12653, 12783, 15909, 15920 — LAUER II 78, 237, 238 — LECESTRE 47 — *Leon X* 12851, 12945 — *Lettr. com. Jean XXII*, 23424 — LONGNON DocChBr III 220, 221 — MARTENE/DURAND *Voy Litt.* II 25 — MATTON, ISAD Aisne III 149/54. cf. table gén. 9 — IDEM, *Dict. Top. Aisne* 37 — MELLEVILLE I 143 — MIGNE PL t. 180, c. 1231; t. 188, c. 1378; t. 200, c. 753 — MOLINIER nr. 215 — ObPraem I omni fere die (cf. ind.), II 24. X, 25. XI — PICOT 417 — POTTHAST 1335 — RAMACKERS PUF IV cf. ind. 534 — IDEM, *Urk. Nancy* 131 — RODIERE cf. ind. — SAINCIR I 114, 180, 205, 397 — PERIN I 60/65, II 43/47, III 82/87 — STEIN nr. 617 — —VALVEKENS *Chap. Gen. Despr.* cf.

ind. — BEAUCAMP, *Mémoire sur l'église royale de St. Yved de B.*, Soissons 1825 — CHATEAU, *Histoire de Braine, depuis son origine jusqu'à présent, de la fondation de l'abbaye de St. Yved, des religieux prémontrés, celle de l'abbaye de Chartreuve . . . .* (1829) — E. COLLET, *Fin de l'abbaye de St. Yved de B. (BSAr Soissons* VII, 2e sér. 1877) — A. DUCHESNE, *Histoire généalogique de la maison de Dreux*, (Paris 1631), 263, 268, 269 et passim — P. EVERMODE, *L'abbaye royale de St. Yved de Br. et son miracle eucharistique*, ROPM XIV (1912) pp. 321 sq. — T. KING/G. HILL, *Monographie de l'abbaye royale de St. Yved de B. en Soissonnais*, Bruges 1857 — J. LECLERCQ DE LA PRAIRIE, *Note sur le cartulaire de St. Yved de B.*, s. l. 1875 — PLATEAU, *Note sur le cartulaire de B. (BSArSoiss* C, VI, 1899, pp. 84/85) — St. PRIOUX, *Histoire de Braine et de ses environs*, Paris 1846 — IDEM, *Répertoire archéologique de l'arrondissement de Soissons. Canton de Braine. (BSAr Soiss.* XVI, 1861, p. 5 sq.) — IDEM, *Note sur le cartulaire de Br.*, ibidem B V (1874) pp 251/69 — IDEM, *Matthieu Herbelin, religieux prémontré*, Paris/Soissons 1857 — IDEM, *Monographie sur l'abbaye de Braine, avec la description des tombes royales et seigneuriales renfermées dans cette église*, Paris 1859 — IDEM, *Notice sur la chasuble des miracles, donnée à l'église de Br. (BSAc Laon* IX 1858 pp. 103/10) — M. de SARS/L. BROCHE, *Histoire de Braine*, La Charité s. L. 1933, pp. 103/37, 269/70 — *Argus Soissonnais* 9. IX. 1837, 29. IX. 1859, 2. X. 1860, 1. III. 1866 — *BSAr Soiss.* IV 112, VII 81, 98, X 230, 232, XII 99, 102, XVI 6, 168, V (4e sér. 1931/32) pp. 285/450 — *Congr. Arch.* LIV (1887) p. 52.

Series abbatum (SARS)

Gilbertus 1132

Petrus 1132—49

Radulphus 1150/63

Guerricus 1166/72

Balduinus 1173, res. ca. 1177/78

Hugo 1178/81

Ludovicus 1186/87

Gulielmus 1193

Petrus † 1199

Wibertus —1204
postea abb. Sti. Mart. Laud.

Hermerius 1206

Benjamin 1210/14
postea abb. in Moncetz

Stephanus 1216/18

Gervasius 1226/34

Cono 1239/42
antea abb. in Thenailles, postea Praemonstrati

Gerardus 1244/55

Imbertus 1260

Aegidius de Soissons 12..

Joannes 1280, † 1287

Gulielmus 1291

Martinus du Mont † 1293

Joannes de Burgundia 1295

Petrus 1317

Gulielmus de Mons 1323

Simon de Hary 1328
antea abb. in Justemont, Chaumont, postea in Cuissy

Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

Aegidius Noiâtre 1348
Joannes de Vez 13..
Petrus de Dizy 1372, † 1380
Gerardus de Hannage 13..
Joannes Forel 13..
Aegidius de Chapon † 1394
Joannes de Neuville 1394/1417
Walterus 1427
Robertus Fichot de Montaigu 1428/32
Joannes Changeur 1438/47
Gervasius 1454
Joannes Reynaud 1460
Joannes Le Febvre (de Limé) 1496
Jacobus de Bachimont 1501—05
postea abb. inCuissy et Prémontré
Michael Coupson 1531—40[23])
Card. Claudius de Longwy de Givry 1541—
Mathias de Bealmre 1559
Nicolaus Watin 1567/78
antea abbas in Séry
Crispinus Vigier 1582
Ludovicus Lefèvre de la Boderie 1590/93
Alexandre de la Marck 1593—1625
Ludov. de la Marck 1625—61
Joannes Dolce 1661—81
Jac. Franc. Minot de Merville 1681—1738
Petrus Hermannus Dosquet 1739—77
Joannes Alex. d'Haudoirs d'Aigreville 1777—90

ELENCHUS